



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque  
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XX. De aliis effectibus remotis excommunicationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

*dif. 4. n. 3. Coninch. disp. 14. dub. 12. n. 132. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 2. num. 17. Aula 2. p. cap. 6. disp. 11. dub. 6. & alij. Quippe inferioribus & subditis permittitur communicatio cum suis superioribus excommunicatis ob vitandum anima periculum. quod adesset, si ipsi prohibita esset communicatio cum Superioribus, quorum societatem moraliter virare nequeunt. At haec ratio quæ procedit in Superioribus comparatione subditorum. Ergo facultas in inferioribus concessa ad Superioris extendi debet. Quod atq; verum est, eto Superior excommunicatus sit, possit nihilominus cum suis subditis communicare; quia prærogativum non restringitur ex communicationem, ut bene aduerterit Suar. Coninch. & Bonac. loc. alleg.*

*Secunda questio; An praedicti non solum in humanis, sed etiam in Divinis communicare possint? Et breuiter respondeo, communicare posse tam in humanis, quam in Divinis, in quibus personæ subiectæ aliis communicare solent. Quia prærogativum abolutum concedit communicationem, & cum late interpretandum sit, vix in iure infertum, & nemini nocens, intelligendum est de qualibet communicatione humana, quæ a personis subiectis habeat solet. Quocirca polluti serui comitari suum dominum ad facrum auendunt, cum illorum horas canonicas recitare, quinimo facrum facient ministri. Sicut ex communis docent Nauar. cap. 2. sum. 27. Suar. disp. 13. num. 22. Aula 2. p. de censur. cap. 6. disp. 1. dub. 6. Henric. lib. 13. cap. 22. num. 2. Sanch. lib. 9. de matrimon. disput. 14. numero 5. Sua. verb. Excommunicatione, numero 4. Coninch. disputat. 14. dub. 12. numero 132. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 2. numero 17. vers. Deinde intelligentia. Bonac. disputat. 2. de excommunicatione, quest. 2. tun. 6. § 2. numero 27. Hac ratione communicatio extendi non debet ad ministracionem, vel receptionem Sacramentorum; quia haec non competit personis ratione famulatus. Præterquam quod haec communicatio ipsi excommunicatis omnino est interdicta, ut bene aduerterit Suar. Coninch. Bonac. Aula. Layman. loc. alleg.*

*Tertia questio; An famuli inter se si excommunicati existant communicare liberè possint? Communis, & via religiose est per se communicare non posse; quia neque in dicto capitulo am multis, neque in alio Textu id prærogativum illis concessum est. Verum per accidens, eo quod moraliter obligatur in simili habitate communicatio eis permisit est. Vt notetur Hugolin. tab. 2. de censur. cap. 23. § 3. Sayrus lib. 2. de excommunicatione, cap. 1. num. 7. Nauar. cap. 27. n. 27. Suar. disp. 13. lib. 1. num. 13. Bonac. disput. 2. de excommunicatione, quest. 2. tun. 6. § 2. num. 35. Gaspar Hurtado disp. 9. de excomm. diff. 4. num. 25.*

*Quarto ob ignorantiam excusantur plures à lege prohibente communicationem cum excommunicatis. Etenim sumus Pontifex in dicto capitulo multos intendens periculis animarum occurrere eximit à culpa, & à pena excommunicationis minoris eos, qui cum excommunicatis ignorantem communicant, sive ignorantia si iuri, sive facti, hoc est sive ignoraverint legem prohibentem dictam excommunicationem, sive ignorauerint ipsos quibuscum communicant excommunicatos denunciatis esse. Nam cum Texus generaliter ignorantes exceperit, intelligi debet de qualibet ignorantia. Vt omnes Doctores referendi notant. Sed quilibet debeat esse hanc ignorantiam iuri, vel facti; non conuenit Doctores. Aliquis placet debere esse inincipibilem & inculpabilem. Sed rectus Suar. disp. 1. sect. 3. n. 3. Gaspar Hurtado disp. 9. de excommunic. diff. 4. n. 26. Coninch. disp. 13. dub. 11. & dif. 14. dub. 12. n. 124. existimat quilibet ignorantiam, que affectata non sit (est) si vincibilis, & culpabilis) excusat. Quippe in dicto capitulo multos intendit Pontifex ignorantibus aliquem fauorem concedereat nullis ester favor concessus, si solum exciperet ignorantias inincipibilitem excommunicationem, seu legem excommunicationis, siquidem iuri ipso naturali à culpa, & pena excepti sunt. Et confirmatur ex initio dicti, quoniam multos; ibeniam Pontifex asserti in moneri ad praedictam indulgentiam concedendam; quia multi occasione excommunicationis perirent tum ignorantiam, tum nimis simplicitate. At ignorantia inincipibili, & inculpabili nullus perit. Ergo signum est loqui Pontificis de ignorantia alias culpabilis, & vincibili. Præterquam quod ignorantia aliquo modo culpabilis, & vincibilis vera ignorantia est, & Pontifex ab solitudo ignorantibus indulgere intendit.*

*Quinto vt debetas à communicatione excommunicati ablinere, debet tibi certe moraliter constare illum esse excommunicatum vitandum; quia statim dubio de excommunicatione, vel denunciatione iniquæ indicates illum esse excommunicatum. Vt aduerterit Nau. c. 27. n. 27. Aula 2. p. de censur. cap. 6. disp. 11. dub. 1. ante 6. concl. Paul. Laym. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 2. in fine. Suar. disp. 1. sect. 3. n. 4. Sanch. lib. 1. in decal. numer. 69. Bonac. disput. 2. de censur. quest. 2. tun. 6. § 2. num. 42. & alij. Solum in receptione, administrata-*

*tioneque sacramentorum exceptio facienda est ob periculum iniquæ administrationis & receptionis, ut bene notarunt Suan. Layman. Bonacina. Aula locis allegatis.*

*Certitudinem moralē ribi præstat fama publica à viris fide dignis orta. Vt docuerunt Couarrua. 1. par. 8. 2. num. 4. Sayrus lib. 2. de excomm. cap. 14. n. 2. Sanch. d. cap. 1. n. 63. Bonac. num. 44. Gaspar Hurtado disp. 9. diff. 4. numero 27. Aula 2. p. de censur. cap. 6. disp. 11. dub. 11. Colligiturque ex cap. 2. cum desideres de sententia excommunicationis. Secundo testimonium duorum, vel trium afferentium ipsum excommunicationem denunciatum esse, certitudinem moralē præstat, & obligationem inducit illum vitandi, ut recte aduerterit Bonac. dicit disp. 2. g. 2. punct. 6. § 2. num. 44. Tertiū Parochi testimonium ostensis litteris excommunicationis & denunciationis certam excommunicationem, & denunciationem facit. Ut notauit Sylvest. verb. Excommunicatione, 5. num. 2. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 93. n. 36. Bonac. num. 47. Aula dicto dub. 1. concl. 5. secus vero si ore tenus affirmaret; quia vni testi quaeruntur, quæ fide digno non tenet credere, est possim. argum. cap. 2. nobis de testi b. & attestat. & notauit Aula. Bonac. & Sanch. loc. alleg.*

*Postquam vero quis agnitus est ut excommunicatus vitandus, in dubio pœnum non debet absoluere. Tum ex regulâ iuris semel malus, semper presumitur malus. Tum quia absoluere est quid facti, & factum non presumitur nisi probetur. Vt docuerunt Sylvest. verb. Excommunicatione, 5. num. 26. Nauar. cap. 27. num. 36. Suar. disp. 1. sect. 3. num. 2. Aula 2. part. cap. 6. disp. 11. dub. 1. concl. 6. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. part. 1. cap. 1. num. 18. Gaspar Hurtado disp. 9. difficult. 4. num. 18. Bonacina disp. 2. de excomm. q. 2. punct. 6. § 2. num. 54. Probatur autem sufficiens absoluere tum fama publica, tum testimonio alicuius viri fide digni, tum ipsius excommunicati, si aliquis prudenter ei ciedi potest spectata conditione persona, & negoti, tum si longum tempus præterit, ipseque se ut absoluere gerit, cum tamen alias timoratae conscientiae sit. Sicut docuerunt Nauar. Suar. Bonac. Layman. Hurtado, Aula loc. alleg.*

*Tandem ob necessitatem significare in illa particula necessitate, tollitur prohibito communis candi cum excommunicato, ut constat ex d. cap. quoniam multos 11. qu. 3. & cap. inter alia de sententia excommun. Si enim ob virilitatem tum excommunicati, tum aliorum communis cum excommunicato permittitur, a fortiori ob necessitatem. Hæc autem necessitas que grauis esse debet sive spiritualis sit, sive temporalis excusat, sive ut ipsius excommunicari, sive aliorum. Vt ex communis sententia docent Sayrus lib. 2. de excomm. c. 14. num. 2. & seqq. Henric. lib. 1. cap. 2. Suar. disp. 1. sect. 3. & num. 5. Bonac. disput. 2. de excomm. q. 2. part. 6. § 1. num. 57. Gaspar Hurtado disp. 9. difficult. 4. in fine, & alij apud ipsos. Solum aduerso hanc necessitatem communicationis cessare, si æquæ bene à non excommunicato subsidium spirituale, vel temporalis ribi necessarium obtinere potes. Non enim spectandum est, ut communicatione cum excommunicato licet, a pro re necessaria sit, sed an ea communicatione tibi necessaria sit ad illam rem necessariam imperrandam, ut notauit Gaspar Hurtado loco citato. Ab hac doctrina excipi Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 14. num. 30. Aula 2. part. cap. 6. disput. 11. dub. 12. Bonac. disput. 2. de excommunicatione, quest. 2. punct. 6. § 2. num. 59. Prædicatores, & Confessores, qui eleemosynam ab excommunicatis vitandis petere possunt, tamen si æquæ commode ab aliis possine obtinere, quæ illorum curam gerunt. Et fuerit cap. cum voluntate de sententia excommunicatione.*

## PUNCTVM XX.

De aliis effectibus remoris excommunicationis.

1. Aliquæ enumerant, sed inamerid inter effectus excommunicationis maiori irregularitatem, suspensionem, excommunicationem minorum.
2. Effectus proprius remotus excommunicationis est suspicio heresis.
3. Item integræ probatio delicti, si adfis in excommunicato perseverantia.
4. Item priuatio beneficiorum.

*Ratiōne excommunicationis aliqui effectus oriuntur qui remori diei possunt. Inter quos effectus aliqui euidentur irregularitatem, quam contrahit Clericos excommunicatus Ordinis facti minus exercens. Item suspensionem ob Ordinem sacram in excommunicatione suscepimus. Denique excommunicationem minorum ob participationem cum excommunicato vitando. Sed hi non tam suor effectus excommunicationis, quam transgressionis legis vi excommunicationis statutæ:*

Qua

- 2 Quapropter effectus proprius remotus excommunicatio-  
nis censeri debet suspicio heresis, quam contrahit excom-  
municatus, qui per annum in excommunicatione lata specia-  
liter ab hominac animo obdurate infideliter, ut docet Na-  
uare. cap. 7. num. 3. Couaruu. cap. alma mater. i. p. §. 7. num. 10.  
Et deciditur in Conc. Trident. sest. 2. 5. cap. 3. de reformat. Pra-  
sumitur namque sic in excommunicatione persecutans, male  
de Ecclesiæ potestate sentire. Hac tamen suspicio leuis est,  
sufficit tamen ad inducendam purgationem, vii pluribus re-  
latis docui tract. 4. disp. 4. punct. 2. n. 6. Quod si hanc purgationem  
subire noluerit citare iterum debet sub pena excommuni-  
cationis. Quà citatione facta, si adhuc respondere neglexerit,  
& in hac contumacia per annum persecutauerit nullo alle-  
gato impedimento condemnari potest, ut hereticus, iuxta  
Textum in cap. cum conuincione de Hereticis in 6. Vt notauit  
Aula 2. p. cap. 6. disp. 9. dub. 12. Gaspar Hurtado de excommun-  
disputatio. i. in fine, & latius tradit dicto tract. 4. disputatio. 4.  
punct. 2.
- 3 Secundus effectus excommunicationis, seu persecutantia  
in excommunicatione censeri potest integra probatio delicti  
seu cauze, ob quam lata est excommunicatione. Etenim si ob  
causam ciuilium, vel criminalem excommunicatus a Iudice  
fis, & in ea excommunicatione per annum persecutus nullo  
ostenso impedimento, aut satisfactionis signo censendus es  
pro conuicione, & confessio, iuxta Textum, in capite rufus.  
Capite quinque. 11. quæst. 3. quia ea contumacia iuri si-  
ctione reputatur confessio. Non tamen excludit, quin allegare,  
& probare innocentiam possit. Vt probauit dicta disp. 4. p.  
2. num. 4.
- 4 Tertius effectus remotus excommunicationis referti po-  
test priuatio beneficiorum. Sed an haec priuatio ipso iure in-  
ducta sit, an iudicis officium requirat, & an imponatur ob  
persecutantiam triennalem, vel annalem in excommuni-  
catione non est constans Doctorum sententia, vt videtur est  
apud Couaruu. cap. alma mater. i. §. 7. numero 10. & seqq. Mihi  
autem placet sententia Suar. disp. 17. sest. 1. num. 9. nihil in  
haec re iure statutum esse. Nam esto in capite bona memoriae,  
De etate, & qualitate priuatorum Clericis beneficiorum ob perse-  
cutantiam in excommunicatione; non inde inferendum est ob  
persecutantiam annalem priuari non posse, vel necessariò  
priuandum esse ob persecutantiam triennalem, quia ille Tex-  
tus referit quid factum sit, non tamen continet dispositionem  
in futurum. Vt ex Bymerico, Menochio & Salcedo notam  
daret. 4. de fide, disp. 4. p. 1. m. 2. num. 9. Verum esto ita sit, ludic-  
tes tamen debent excommunicatum trienni in excommuni-  
catione persecutantiam animo indutro beneficiis omnibus  
priuare; quia indignus est ut fructibus Ecclesiæ gaudeat qui  
aduersus Ecclesiæ ita rebellis existit. Sicuti Pontifex præstis-  
tit in dicto capite bona memoria. Ob annalem velò persecutantiam  
est possint Iudices hanc beneficiorum priuationem indi-  
cere, quia annalis contumacia digna videtur esse ea priuatione,  
atamen non tenetur; quia nullibz cauetur haec obligatio.  
Sic docuit Suar. disp. 17. sest. 1. a. num. 9. Post excommuni-  
cationis effectus supererat dicens de coram suspensione, ex-  
communicationisque absolutione, nisi de his preceps, disp.  
a. punto 9. vñque in finem, satis supérque dictum fuisset.  
Quapropter solum restat explicare excommunicationis minoris  
naturalis. De qua in sequenti punto sermo instituen-  
dus est.

## P V N C T V M   X X I .

De excommunicatione minore, illiusque effectibus,  
de quæ illius absolutione.

- 1 Et si omiserint plures excommunicationes minores, iam usum  
recepimus est vinciam tantum esse.
- 2 Incurvus ob participationem cum excommunicato vitando  
sive vivo, sive mortuo.
- 3 Appellatur minor excommunicatione comparatione ma-  
ioris.
- 4 Est ab homine ferri posse, nunquam tamen fertur.
- 5 Vincus est eius effectus, scilicet priuatio paupera Sacra-  
mentorum.
- 6 Sacramentum penitentis plures consentient inualide recipi ab  
hoc excommunicato, etiam si ignoranter, & inculpabiliter  
illud recipiat.
- 7 Longè verius est validum esse.
- 8 Plures huius excommunicationi attribuunt tanquam effec-  
tuum indirectum, priuationem administrationis Sacra-  
mentorum. Sed reiciuntur.
- 9 Proponuntur obiectiones aduersus predictam doctrinam.
- 10 Fit illis saitis.
- 11 Propter horum administrationem nulla irregularitas, vel  
pena ipso iure incurritur.
- 12 Secundus effectus indirectus est priuatio electionis ad bene-  
ficia.

- 13 Eligens, presentans, vel conseruans huic excommunicatione be-  
neficium Ecclesiasticum, & ipse recipiens peccati gra-  
uier.
- 14 Consent plures irritam esse predictam electionem, seu colla-  
tionem beneficij.
- 15 Oppositum verius est.
- 16 Hac irritatio futura non debet extendi ad electionem tempo-  
ralium dignitatum.
- 17 Ut hoc irritatio stat plures existimant scientiam excommuni-  
cationis in electoribus adesse debere.
- 18 Contrarium docuit communis sententia.
- 19 Et si predicula sententia probabiles sint, probabilitas est electione  
non irritandam esse, si facta sit de excommunicato, & in  
excommunicatione coniunctio secus ignaro, sive electore  
scierint, sive ignorauerint excommunicationem.
- 20 Electores eligentes hunc excommunicatum nullam panam  
incurrunt.
- 21 Ab haec excommunicatione absoluere potest, qui in foro exter-  
no iurisdictione habet, & in foro penitentia Episcopu, Parochu, & propriis Sacerdos.
- 22 Plures consent etiam simplicem Sacerdotem ab haec excom-  
municatione absoluere posse.
- 23 Contrarium est longe probabile.
- 24 Nulla est forma determinata absolutionis ab haec cen-  
sura.

**O**lim plures fuerunt excommunicationes minores non solum à iure, sed etiam ab hominæ imposito. Vt constat ex variis Textibus 11. quæst. 3. alia namque priuabant omnium Sacramentorum participationem, alia veò solum ab Eucharistia perceptione remouabant, alia ab hominum communione tum Diuina, tum humana. Vt probat Sayrus lib. 2. de excommunicatione. cap. 12. numero 2. Sed iam usum receptum est teat communis sententia vinciam tantum esse excommuni-  
cationem minorum Sacramentorum receptione priuante, & a iure impositum ob participationem cum excommuni-  
cato vitando, iuxta Textum, in cap. excommunicatione. & t. cum excommunicato, & seqq. & cap. finali de clero excommuni-  
cato ministrante. Et cap. super de sententia excommunicatione. &  
c. à nobis de exceptionibus. & tradit Victoria in tract. de excom.  
n. 16. Caiet. vero excommunicato. Nauar. sum. c. 17. n. 1. 24. & 45.  
Suar. disp. 14. sest. 3. Sayrus lib. 2. de excommunicato. 3. n. 4. Coninch.  
disp. 1. 4. de excommunicato. dub. 17. num. 260. Paul. Layman.  
lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 3. num. 5. Gaspar Hurtado disp. 16.  
de excommunicato. num. 1. & alii.

Dixi incurvit ob participationem cum excommunicato vi-  
tando, quod intelligendum est sive viuus sit, sive mortuus;  
quippe si excommunicatum vitandum antequam absolum  
ab excommunicatione fuerit, ad sepulturam comitem, mi-  
norem excommunicationem incurrit, vt notauit Glossa in  
c. ad haec de Privilegiis. Panorm. in c. facies de Sepulchro. Bonac.  
disp. 2. q. 3. n. 2. Etenim quibus in vita communicare non pos-  
sumus, neque in morte permisum est communicare ex dicta  
Textu in cap. facies, ad sepulturam.

Hac excommunicatione appellatur minor comparatione  
maioris excommunicationis. Tum quia ob minorem can-  
sam incurrit. Tum quia minorem priuationem indu-  
cit. Sicuti notauit Sotus in 4. d. 22. quæst. 1. art. 1. dub. 1. Hen-  
riq. lib. 13. cap. 3. numero 1. Hugolin. tab. 2. de confus. cap. 1.  
§. 1. Sayrus lib. 2. de excommunicato. cap. 2. num. 3. Sotus. disp.  
2. 4. de confus. sest. 1. Bonacina disp. 1. de excommunicato. 3. num.  
& alii.

Et licet haec excommunicatione minor ab homine iuri-  
dictio nem in foro contentiose habeant ferri possit. Glossa  
in cap. si inimicus. 11. quæst. 1. Panormit. in rub. de sententia  
excommunicato. num. 3. & c. si celebret de Clerico excommuni-  
cato. num. 4. Nauar. c. 17. m. 2. 5. Couaruu. in cap. alma 1. p.  
§. 8. n. 5. Henriq. lib. 12. cap. 3. num. 4. Hugolin. tab. 1. c. 1. m. 4.  
Sayr. lib. 2. cap. 2. num. 1. Vt tamen receptum est nunquam  
ab homine ferri, sed solum à iure ob dictum cum excom-  
municato vitando participationem, vt bene notauit Syllust.  
verbo Excommunicatione. 4. num. 2. Sotus. in 4. disp. 22. quæst.  
art. 3. vers. circa secundum. Sayrus lib. 2. de excommunicato. 3. num.  
Gaspar Hurtado d. disp. 16. num. 2.

Quod effectus attinet, vincus tanquam est proprius, &  
dictus scilicet priuatio paupera Sacramentorum, iuxta Textum  
in cap. à nobis de exceptionibus. cap. si celebret, de clero ex-  
communicatione. cap. 3. num. 1. Plures sententia excommunicato. Qua-  
propter minori excommunicatione innodatus tenuerit sub  
graua culpa à cuiuslibet Sacramenti perceptione ablinere.  
Vt deciditur in dicto capite si celebret: ibi, granter peccat. Et  
enim cuiuslibet Sacramenti receptio gravius materia est; que  
per legem prohibita gravius culpam in transgressionibus au-  
git. Sicuti ex communis sententia docet Caietan. verbo Ex-  
communicatione. cap. vlt. Couaruu. cap. alma. 1. p. §. 8. Suar. disp. 14.  
quæst. 3. num. 3. Coninch. disp. 14. dub. 17. n. 260. Bonac. disp. 1.  
quæst. 3. num. 3. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 2. cap. 3. num.  
& alii paup.